

Joachim Stockmann


**Programma In obitum immaturum, Ut optimae indolis, ita & spei optimae pueri Azariae Dn. Azariae Sturzii, Historiarum quondam in hac alma Academia Professoris ... ac Celsissimorum principum Holsatiae lineae Sonderborgensis consiliarii praecipui, filii. Publice propositum : [P.P. Sub sigillo Rectoratus ad diem 11. Febr. Anno 1630.]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755915844>

Druck Freier  Zugang





Handwritten text on a faded label on the spine, including the word "PHYSICA".



KL-241(4)<sup>1</sup>

Oldendorp: Warhafftige entschul-  
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000



33 17  
PROGRAMMA  
In obitum immaturum,

*Ut optima indolis, ita & spei optima pueri*

AZARIAE

DN. AZARIAE STURZII,  
Historiarum quondam in hac almâ A-  
cademiâ Professoris Clarissimi, & Illustris. ac  
Celsissimorum principum Holsatix lineæ Sonderbor-  
genſis conſiliarij præcipui, filij.

*Publicè propositum.*



ROSTOCHI  
Excudebat JOACHIMUS PEDANUS, Acad. Typ.

ANNO M, DC. XXX.



PROFESSOR  
HISTORICUS  
Lecturae in Historiâ

A. A. A. A.

D. M. A. A. A. A. A. A.

HISTORIUM  
Lecturae in Historiâ  
Lecturae in Historiâ  
Lecturae in Historiâ  
Lecturae in Historiâ



Rostock  
Lecturae in Historiâ

ANNO M. DC. XXX.






Rector

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

D. JOACHIMUS STOCMANNUS

Physices Professor.



I, quo ordine in  
hujus seculi vitam  
ingredimur, eo-  
dem exire, siue li-  
ceret, siue necesse esset: multum  
omnino loci temporisq; inter  
Mortem & AZARIAM STUR-  
TZIUM filium interfuisset: ve-  
rum nec fata eunt ordine, nec  
sine ordine ea ire existimandū  
Quod cum ex aliis deprehen-

A 2

dimus



dimus exemplis, tum ex ho-  
dierno satis evidenter. Ingres-  
sus n. est hanc vitam & viam  
AZARIAS, anno salutis christia-  
næ millesimo sexcentesimo vi-  
gesimo, die octavo Martij, & ad  
finem ejus pervenit hoc an-  
no & hujus mensis die octa-  
vo: in quo itinere cum alij an-  
nos multo plures confecerint  
consumserintq; , ipse nondum  
totos decem annos consumsit,  
& alios tardiores prævenit. Vi-  
deri poterat inordinatū, quod  
filius decennis patrem Dn. A-  
ZARIAM, Nobiliss. Amplissi-  
mum.



173  
mum & Consultissimum vi-  
rum, Historiarum in hac alma  
Universitate professorem cla-  
rissimum, triennio ante mortu-  
um, inopina morte sequitur:  
matrem vero SOPHIAM DOBBI-  
NIAM, adhuc superstitem mœ-  
stissimam & secundis nuptiis  
Ornatissimo Doctissimoque  
viro, Dn. CASPARI MEIERO, jun-  
ctam præcurrit. Sed in hoc ut  
videri poterat, inordinato hu-  
jus & præmaturo pueri obitu,  
nihil est, quod nos turbare de-  
bet, non eo solum, quod etiam  
juniores plurimi decidunt flo-  
res.



res & emoriuntur, sed etiam quod sine  
temporis, quod vivendum est, condi-  
tione in lucem prodimus. Nihil igitur  
est, quod ad ordinis & ætatis privile-  
gium provocemus: Deo, cui ordinis  
constat ratio, cujus taxilli nunquam  
infeliciter cadunt, hanc rem commit-  
tamus & huic puero gratulemur, neq;  
laboribus defunctum & extra teli ja-  
ctum qui situs est, planctu & lacrumis  
prosequamur. Videmus n. quæ tem-  
pora sint, quam turbulenta, quam pe-  
riculosa, partim quæ transmisiimus, par-  
tim quæ transmittenda exspectamus.  
Has ille turbas, hæc pericula evasit, hos  
scopulos præternavigavit, adeo ut jam  
optimo jure canat, quod olim in sacris,  
nescio quibus, consueverat, *ἔφυγον κατὰν εὐεργ  
ἔμνηνον*, malum effugi, id quod melius est,  
reperi. Gratulemur vero, vel hoc etiam  
nomine, quod patris triennio ante de-  
fun-




functi felicitatem tanto magis confir-  
 mat, quanto citius hoc turbarum peri-  
 culo & molestia exemptus ac libera-  
 tus est, licet Aristoteles, quo nullus ex  
 omni Ethnicorum numero pauciora  
 ignoravit, defuncti felicitatem poste-  
 rorum casibus turbari neget. Ma-  
 tris vicem merito dolemus, quæ  
 uti natum ex se filium, defuncto marito  
 cognominem, diligebat, ita sibi dena-  
 tum affectu vere materno luget. Non  
 ignoramus quid oneris, quantumque  
 molestiæ adferant liberi, ea ætate edu-  
 candi & instituendi, præsertim altero  
 parente orbati: in cuius locum licet  
 successerit, qui partem ejus non mini-  
 mam sibi commendari passus est, po-  
 tissima tamen cura, quidni matrem co-  
 quat & verset sub pectore fixa? hujus  
 illa molestiæ, hujus curæ præmium o-  
 lim ab eo, quem, ut patris nomine vo-  
 caba-




cabatur, ita paternæ virtutis æmulum  
sibi majori lætitiæ futurum, quam mo-  
lestiæ fuisset, sperabat. Sed hæc spes  
cum & matrem luctu plenam, & reli-  
quam genere virtutibusq; nobilem fa-  
miliam frustrata sit, nostrum erit eam  
hoc luctu, quantumq; in nobis fuerit,  
levare, ac defuncto puero christianæ  
pietatis & condolentiæ officium præ-  
stare, quod cuilibet etiã alij debere-  
mus, ut frequenti nostro conventu  
exequias quæ hora prima in æde  
S. Jacobæ celebrabuntur, ornemus,  
Deum pro pace ac tranquillitate Ec-  
clesiæ ac Reipubl. oremus, eiq; vitam &  
salutem nostrã piis ac seriis precibus  
commendemus. P.P. Sub sigillo Re-  
ctoratus ad diem II. Febr. Anno 1630.

RS























the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ  
 circumferuntur descriptiones, quas  
 singulas, & recensere, longum; & ad  
 rationis, in præsentiarum, libellam re-  
 vocare, tædiosum foret. Antiquissi-  
 mam ego primâ facio: tanquã à Philo-  
 sophorū, quos habemus, Primate la-  
 tã, omniumque, rectè philosophanti-  
 um, calculo, hactenus approbatã Pla-  
 tonis ea est, digna profectò Authore,  
 abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,  
 lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-  
 es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-  
 ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-  
 , circa mortis meditationem reperiamus. Mor-  
 , quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque  
 it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum  
 quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini  
 m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-  
 , timorem pellit, tranquillitatem inducit;  
 s casuum animum varietates firmat, adversus  
 reddit, quando omnia ab eodem impedi-  
 tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim  
 quando est faciendum, statim exire, quo ali-  
 ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mort-  
 st, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm  
 terris animal, præter hominem, cognitione.

DE